

tæ in ecclesia Carmelitarum, quam in Ulixiponen. 5 Martii 1710, nolens exaudire præces primariæ Nobilitatis viri Comitis de Sousa, pro simili gratia se exhibentis assignare capitale bismillium Cruciatorum ecclesiæ, in qua prætendebat aperire fenestram; et novissime Sac. Congreg. Visitationis Apostolicæ in Romana, fenestram, 23 Januar. 1717, ut refert Ursaya, loc. cit. num. 95, qui *ibidem*, num. 46, refert sequens Decr. Sac. Congregat. Episcoporum in Avellina Indulti, 5 Julii 1719. (6. Ponente Card. Paracciano, in qua licet ageretur de petitione nedum insignis Benefactricis Antonie Spinolæ Principissæ Avellini, sed etiam Patronæ ejusdem Civitatis, ubi aderat Ecclesia Patrum Dominicanorum, qui eorum pariter humillimas preces porrigebant pro eadem gratia. Nihilominus dicta Sacra Congregatio Episcoporum gratiam restrinxit ad vitam solius Oratricis per hæc præcisa verba: « Pro gratia quoad fenestram cum duplici cratæ ferrea, et ad vitam Oratricis tantum. » Vid. verb. *Ecclesia*, art. 5, verb. *Porta*, et verb. *Prospectus*.

(7. Non sunt permittendæ fenestras respicientes in Monasteria Monialium, ut pluries declaravit Sac. Congreg. Episc. et signanter in Mediolanen. 5 Mart. 1602, ibi: « Non esse permittendas fenestras respicientes Monasterium, et statim claudi debere ab Ordinario, » et in Liciensi 28 Febr. 1605, (8. in qua dixit, quod nullo modo debet esse prospectus in Monasteria Monialium; et in Portugallen. 16 Apr. 1605, in qua statuit quod ne quidem a fenestris Campanilis Ecclesiæ vicinæ potest haberi prospectus in Monasteria Monialium, sed pleno muro tales fenestras debent obstrui, ut in Aquilana, 13 Julii 1612. (9. Debent obstrui etiam fenestras illas, quæ sunt in Monasterio Monialium, per quas videre possunt, ac videri, ut in Parmensi, 28 Novemb. 1636, ibi: « Doversi murare a muro pieno alcune aperture con gelosie fatte nella faccia della Chiesa, per le quali potevano vedere, ed essere vedute. » (10. Nec debet permitti alicui ædificium tollere, si per illud haberetur prospectus in Monasterium, ut in Interamnensi, 15 Maii 1612, et in Barensi, 18 Februar. 1617. (11. Immo sunt demoliendæ mansiones constructæ in viculo intermedio, et claudendum est ambulacrum, quod a tecto imminet Monasterio, eique prædominat, ut in Assisiensi, 11 Jun. 1653. Non obstante qualibet appellatione vel recursu, ut in Conversanensi, 8 Augusti ejusd. anni 1653. (12. Fenestras, et quævis alia foramina Regularium spectantia in hortum, vel Clausuram Monialium omnino claudenda sunt; Sac. Congregat. Episcoporum et Regularium, in Amelien. 23 Decembris 1693, et in Neapolitana, 2 Decembris 1639. (13. Fenestras Monialium tam altæ debent esse, ut ad lumen tantummodo serviant; eadem Sac. Congr. in una Civitatis Castell. 12 Martii 1601. (14. Et quando aliunde nequeant lumen habere, fene-

stræ, quæ respiciunt in publicas vias, debent tubis muniri, et ita aptari, ut per ipsas nequeant Moniales videri, nec alioqui cum transeuntibus; ead. Sac. Congr. in Teanen, 16 Octobr. 1615, ibi: « Quando le stanze de' Monasteri, che hanno le fenestre in strada, possono avere il lume allronde, le farete ad ogni modo murare, ma quando restassero cieche, ordinarete, che si mettano le trombe alle medesime fenestre, e si acconcino di maniera, che non si possa nè vedere, nè parlare con chi passa per la via. (15. Nec tolerari debet, quod propter vicinitatem, et correspondentiam fenestrarum Moniales possint videre vicinos, vel videri: ead. Sac. Congregat. in Neocastren. 16 Augusti 1594. (16. Fenestras Communionis inservire non debent pro Collocatoriis Monialium, minusque Confessionaria, exceptis Sacris functionibus solitis fieri ab Episcopis; Sac. Congreg. Episcop. in Encyclica Epistola sub die 30 Octobr. et 3 decemb. 1766. (17. Fenestras Regularium quomodo, et quando claudi debeant, quando habent prospectum in vicinas Aedes sæcularium; Sac. Congreg. Episcop. et Regul. in Camerinen. Fenestrarum, 13 Augusti 1717. Ponente Card. Scrattembac. Vide Ursaya, tom. 2, part. 2, discept. 6, per totam. (18. Fenestrarum aperitioni quando locus sit in Monasteriis Monialium? Sac. Congreg. Episc. in Neapolit. 16 Januar. 1711. Ponente Card. Corsino. Vide Ursayam, tom. 5, part. 2, discept. 5, per tot. (19. Prohibetur Monialibus sub gravibus pœnis usus telescopii, sive conspicii tubati longioris; Sacra Congregat. Episcop. in Anconit. 1 Octobr. 1627.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(20. Nemini licet habere Fenestras, ex quibus pateat aspectus in Monasteria Monialium, ut firmat Auctor, n. 7 et seq. Cæterum hæc cum distinctione est procedendum: si e conspectu antiquæ domus novum Monasterium Monialium sit constructum, non sunt statim claudendæ Fenestras domus illius, aut repagula ipsis apponenda. Sed remedium est adhibendum ex parte sentientis minus præjudicium. Idque summa ratione; quia nihil in hoc casu imputari potest domino antiquæ domus. Idem est, et quidem ex eadem ratione, si utrumque ædificium sit antiquum, sed ex innovatione aliqua facta a Monialibus, et fenestris domus aspectus pateat in Monasterium. Sin autem e conspectu Monasterii Monialium domus antiqua sit elevata, vel nova sit constructa, ex cujus fenestris pateat in Monasterium aspectus, non attento majori, vel minori præjudicio, semper adhibendum est remedium ex parte domus. Quod procedit, etiamsi bona fide innovatio illa facta sit. Confer de his omnibus Rot. in Romana Fabricæ super reservatis, 13 Januar. 1744, et 5 Jun. ejusdem anni, coram bo. me. Lana, ubi explicantur decisiones in Calaguritana Fabricæ, 11 Feb. 1729, et 4 Jun. 1731, cor. Cl. mem. Millin.

FERRAGOSTO ETYMOLOGIA.

(1. Ferragosto etymologia his verbis explicatur a Bernino *nell' Istoria di tutte l' Eresie*, to. 2, sæcul. 6, cap. 13, fol. 138, sub Pelagio 2, et ab Ursaya in *Miscellaneo Sacro, Profano, Canonico et Civili*, part. 2, litt. F, n. 19: « È fama che alla Catena di Erode per Divina virtù, con Celeste simpatia si congiungesse quella di Nerone, con cui fu legato il medesimo S. Apostolo nel Carcere Mamertino, sotto il Campidoglio di Roma, e che di ambedue ne divenisse una, inanellate, ed unite insieme senza applicazione di umana industria. E come che la collocazione di queste due Reliquie, e la dedicazione del loro Tempio successe appunto nel primo giorno di Agosto, volle il Pontefice S. Sisto, che regnava all'ora nel Pontificato Romano (1), con miglior augurio rendere celebre quel giorno, e quel mese con la memoria di

FESTA, FESTIVITATES.

SUMMARIUM.

1. Festa, quæ non sunt de præcepto enumerantur. — 2. Episcopi hodie ab indictione sub præcepto novorum Festorum debent abstinere. — 3. Hinc promissio facta ab Universitate servandi sub præcepto Festum alicujus Sancti, non obligat populum. — 4. Affertur Decretum super electione Sanctorum in Patronos. — 5. Hoc Decretum irritat solum electiones postea faciendas. — 6. Et est in viridi observantia. — 7. In hujusmodi Patronorum electione fieri non debent promissiones servandi diem Festum Patroni electi tanquam de præcepto. — 8. Nulla Potestas sæcularis potest instituire dies Festos. — 9. ad 11. Quid populo spectet in novis Festis servandis. — 12. Festa de præcepto sunt ab omnibus sanctificanda. — 13. Quid sit Festa sanctificare. — 14. Neque a Festorum observantia excusat pretextus contrariæ consuetudinis. — 15. Propter necessitatem tamen, et causam pietatis, et circa res, quæ facile pereunt, potest in diebus Festis laborari. — 16. Ut sciatur, quæ diebus Festis fieri licet, vel non, dantur hic novissimæ dispositiones emanatæ sub Clem. XI, et Benedict. XIII. usque ad n. 19. — 20. Licentia laborandi diebus Festis semper est requirenda. — 21. Concessio licentiarum laborandi spectat ad Episcopum. — 22. Debet dari in scriptis. — 23. Non est adhibenda Judicibus Laicis. — 24. Sic etiam licentiæ vendendi diebus Festis sunt dandæ a solo Episcopo. — 25. Laicus non potest indicere, nec publicare bannimenta diei Festivi. — 26. Edictum curiæ Laicalis super diebus Festivis contra facultatem ab Episcopo concessam est nullum. — 27. Nec Curia Sæcularis potest impedire quin Curia Ecclesiastica procedat etiam ad multas contra exercentes opera servilia in diebus Festis sine licentia. — 28. Pœna pro transgressione Festorum imponenda debet esse moderata. — 29. Neque debet excedere 5. vel 6. Julios in loca pia distribuendos, deducta tertia parte pro Executoribus. — 30. Neque pro pœna debent bona confiscari, etc., sed tamen standum est novissimis dispositionibus anno 1705 et 1727 emanatis. — 31. Si causæ laborandi in die Festo vere subsint, Ordinarius tene-

(1) Fallitur Berninius. Quo tempore Sixtus III. Pontificatum gerebat, nondum Vincula S. Petri Romanam ab Eudoxia Augusta Theodosii II. uxore ad Eudoxiam filiam, et Valentiniani III. uxorem missa Hierosolymis fuerant. Leone M. Pontifice Eudoxia Romæ fuit, prodigiumque utriusque catenæ coeuntis verosimilius contigit; nec tamen a Leone ipso in Exquilinum S. P. Petri templum ab Eudoxia iterum excitatum sacra illa vincula illata sunt. Id factum a Pelagio, qui Eudoxianum hoc templum sacris ritibus dedicavit. Extat ea de re satis vetus inscriptio apud Gruterum p. 1174. num. 7. et Card. Thomasius tom. 5. Oper. p. 485 atque in illa hæc ad rem nostram leguntur.

Eudoxia quidem totum renovavit ibidem: Pelagius rursus sacravit Parva beatus. Corpora Sanctorum condens ibi Machabeorum Apposuit Petri præcisa ligamina ferri, Illustris mulier que detulit ab Hierusalem, Et quibus est Petrus Neronis tempore vinculus.

Pelagius igitur vincula, quorum prodigium Leone Pontifice Romano patratum, primo in Exquilino illo S. Petri templo reposuit, cum alibi antea servata fuissent. Vide de tota hac re disserentem Cl. P. Abbatem Monsacratum in egregia dissertatione de *Catenis S. Petri Romæ* 1750. (EDIT. BARBIELL.)

(2) Berninianæ huic conjecturæ merito adversatur

un tanto successo, consecrandolo alle Catene di S. Pietro, le quali si dissero li *Ferri di Agosto*, che tra noi, con più abbreviata, ma corrotta parola, diciamo *Ferragosto* (2); E non senza gran mistero parve che volesse Dio abbattere il fasto di Augusto Imperatore con le Catene, e Ferri di S. Pietro, conciossiacosachè le Calende di Agosto erano di già da prima dedicate dalla Gentilità alla felice ricordanza di quel Monarca, che in tal giorno era stato la prima volta dichiarato Console, aveva molti trionfi riportati, soggiogato l'Egitto, e terminata la lunga Iliade delle civili discordie. Onde per pubblico Decreto del Senato non più *Sextilis* fu denominato quel mese, ma *Augustus* (3). Aliis tamen hujusce nominis etymon e *Feris Augusti*, quæ ab antiquis Romanis ineunte Sextili mense celebrabantur, placet desumere (4).

simæ dispositiones emanatæ sub Clem. XI, et Benedict. XIII. usque ad n. 19. — 20. Licentia laborandi diebus Festis semper est requirenda. — 21. Concessio licentiarum laborandi spectat ad Episcopum. — 22. Debet dari in scriptis. — 23. Non est adhibenda Judicibus Laicis. — 24. Sic etiam licentiæ vendendi diebus Festis sunt dandæ a solo Episcopo. — 25. Laicus non potest indicere, nec publicare bannimenta diei Festivi. — 26. Edictum curiæ Laicalis super diebus Festivis contra facultatem ab Episcopo concessam est nullum. — 27. Nec Curia Sæcularis potest impedire quin Curia Ecclesiastica procedat etiam ad multas contra exercentes opera servilia in diebus Festis sine licentia. — 28. Pœna pro transgressione Festorum imponenda debet esse moderata. — 29. Neque debet excedere 5. vel 6. Julios in loca pia distribuendos, deducta tertia parte pro Executoribus. — 30. Neque pro pœna debent bona confiscari, etc., sed tamen standum est novissimis dispositionibus anno 1705 et 1727 emanatis. — 31. Si causæ laborandi in die Festo vere subsint, Ordinarius tene-

P. Carmeli ex Franciscanorum, quos *Minores Observantes* vocant, illustri Familia in præclaro opere inscripto: *Storia di varj costumi sacri, e profani dagli Antichi sino a noi pervenuti* lib. 11, cap. 10 ubi ait p. 176. « Si può credere, non contraddico, che i Sommi Pontefici volessero forse far celebrare la Festa di S. Pietro in Vincula per togliere ai Cristiani l'occasione di celebrare la Festa profana in memoria di Cesare; ma che la formola di dire *ferrare Agosto*, dalle Catene di S. Pietro sia nata, non mi par verisimile. E che sia vero, in *ferrare Agosto* non significa in nostra lingua far la festa di S. Pietro in Vincula; ma bensì stare in allegrezza, ed in convito; la qual cosa certamente non ha riguardo alla festa sacra; ma alla profana, in memoria di Augusto. » (EDIT. BARBIELL.)

(3) Romani Senatus ea de re consultum extat apud Macrobius. *Saturnal.* lib. 1, c. 12. (EDIT. BARBIELL.)

(4) Atque ita omnino sentiendum cum eodem P. Carmeli; neque enim aliud nobis Italis esse potest *Ferragosto* quam *Feriatas Augustus*. Neque mirum est apud veteres quoque Christianos hæc ferias obtinuisse; non enim eodem quo ab Ethnicis modo a Christianis servabantur, sed solum in lætitiæ argumentum. (EDIT. BARBIELL.)

tur licentiam dare. — 32. Et gratis. — 33. Aliter monendus est, ut consulat conscientie suae. — 34. Si tamen alicubi loca pia maxima egestate laborarent, tunc licite per modum hortationis pro illis aliqua elemosyna recipi posset. — 35. Dispensare super observatione Festorum spectat etiam ad Vicarium licet Foraneum. — 36. Dies Festos ab Episcopo indictos Exempti tenentur omnes observare. — 37. Episcopi tamen nequeunt novos dies Festos instituere vigore hujus Decreti. — 38. Facultatem laborandi diebus Festis possunt etiam praelati Regulares concedere suis subditis. — 39. Sed non secularibus, non continue Commensalibus, neque pro servitio suorum Monasteriorum. — 40. Dictum notabile Rodriguez, et Portel. — 41. Festa mobilia in die Epiphaniae publicare debet Canonicus Junior juxta formam libri Cæremonialis, nisi alius ex consuetudine Ecclesie sit assignatus. — 42. Dies Festos in suis Ecclesiis annuntiare nullatenus prohibentur Regulares. — 43. Dierum Festorum ad observantiam cogi possunt Regulares, sed non quoad Octavam; et sunt servanda Rubricæ Breviarii, et Decreta novissima. — 44. Dies Festus Titularis quoties sine abusu celebretur, non potest Monialibus prohiberi. — 45. Festivitas alicujus Sancti cum majori pompa celebrari debet in Ecclesia ejus nominis dicata. — 46. Eadem die duæ Ecclesie vicinæ non celebrant idem Festum, sed Ecclesia moderna debet eligere aliam diem. — 47. Festum S. Antonii de Padua potest ipso solemnitate die celebrari tam a Patribus de Corpore observantia, quam a PP. Conventualibus. — 48. Affertur similis decisio in Alexandrina. — 49. ad 53. De translatione Festi Annuntiationis B. M. V. et S. Joseph. — 54. Necnon S. Mathie. — 55. Festum SS. Corporis Christi instituit Urban. IV. de an. 1262. — 56. Assignantur motiva præcipua institutionis hujus Festi. — 57. Institutio Festi Corporis Christi quomodo fuerit revelata B. Julianæ. — 58. Idem Festum fuit primo celebratum in Ecclesia Leodiensi. — 59. Convenientia hujus institutionis. — 60. A Tridentino commendata. — 61. An Urbanus IV. simul

(1. Festa, quæ nunc sunt sub præcepto, sunt sequentes; scilicet Dominicæ totius anni, Nativitas Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisio, Epiphania, Resurrectio cum duabus sequentibus diebus, Ascensio, Pentecostes cum duabus sequentibus, Sanctissima Trinitas, Solemnitas Corporis Christi, Inventio S. Crucis, Festivitates B. M. Virginis, ut Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis (et Conceptionis, ex Decreto Clementis XI. edito 6. Decembris 1708. incipien. *Commissi nobis*) Dedicatio S. Michaelis Archangeli, Nativitas S. Joannis Baptistæ, Festa SS. Petri et Pauli, S. Andree, S. Jacobi, S. Joannis, S. Thomæ, Sanctorum Philippi et Jacobi, S. Bartholomæi, S. Matthæi, Sanctorum Simonis et Judæ, et S. Mathie Apostolorum. Item Festa S. Stephani Protomartyris, Sanctorum Innocentium, Sancti Laurentii Martyris, Sancti Silvestri Papæ, Sancti Joseph Sponsi B. M. V. Sanctæ Annæ Matris B. M. V. et Omnium Sanctorum, atque unius ex principalioribus Patronis in quocumque Regno, sive Provincia, et alterius pariter principalioris in quacumque Civitate, Oppido, vel Pago, ubi hos Patronos haberi, et venerari contigerit; Urban. VIII. Constit. incip. *Universa* § 2.

(2. Episcopi licet de jure communi in c. 1. dist. 3. *de Consecrat.* et in cap. *Conquestus, de Feriis*, valeant in propria Diœcesi, vocato Clero et Populo, dies Festos indicare,

cum Festo decreverit processionem solemnem, quæ hodie peragitur. — 62. Ex quodam libello relato a Nicolao Serrario colligitur processionem solemnem fuisse ordinatam a Joanne Papa XXII. — 63. Festum Corporis Christi cum ejus Octava potest celebrari etiam tempore Interdicti. — 64. In Festo Corporis Christi non est jejunandum, licet incidat in Vigilia S. Joannis Baptistæ. — 65. In Festo Corporis Christi est deferenda in Processione Eucharistia Celebrantis manibus. — 66. Non sunt canendæ cantiones vulgari sermone. — 67. A quo deferenda sit Eucharistia. — 68. Si Episcopus non deferat Eucharistiam, Canonici tamen induant Sacras Vestes. — 69. Non convenit quod prima Dignitas celebret Missam ante Processionem SS. Sacramenti, et deinde altera Dignitas Minor gestet illud in Processione. — 70. In Festo SS. Corporis Christi non est faciendâ Processio cum Sacramento sine pluviali. — 71. Festum Concept. B. M. V. Immacul. est ab omnibus ubique observandum de præcepto. — 72. Festum S. Josephi est ubique de præcepto. — 73. Necnon Festum S. Annæ. — 74. Festum S. P. Francisci non est amplius connumeratum inter Festa de præcepto. — 75. Festum omnium Sanctorum celebrandum est ad supplendas negligentias commissas in propriis eorum Festivitatibus. — 76. Festum SS. Fabiani, et Sebastiani una simul celebratur. — 77. Festa etiam de Sanctis veteris Testamenti possunt celebrari. — 78. Festum de Patro principaliori loci est præceptivum. — 79. Mercatus fieri non potest in diebus Festivis de præcepto. — 80. Quoad peregrinos, et Advenas circa Festa, *remissive*. — 81. Circa Festa attendenda sunt varia, quæ hic traduntur *ad num.* 114. — 115 ad 139. Nonnulla ex Bened. XIV. operibus circa festorum celebrationem. — 140. Catalogus Diocesum, quæ numerum festorum dierum reducendi facultatem impetrarunt. — 141. Quis possit indicare dies festos. — 142. Quid importet observatio dierum festorum. — 143. Quis possit dispensare super eorum observantiam. — 144. Quis animadvertere possit in violatores dierum festorum.

Barbosa *de Offic. et potest. Episcop.* part 3. allegat. 105. num. 36. cum multis ibi citatis, Pignatell. tom. 4. consult. 184, hodie tamen, quamvis talis potestas non sit ablata, nihilominus ab indictione sub præcepto novorum Festorum debent abstinere, prout illos monuit Urbanus VIII. in cit. Constitut. incip. *Universa*, § 3. ibi: « Ne autem dies Festos a Locorum Ordinariis nimia aliquorum facilitate, aut Populorum importunitate deinceps iterum multiplicari contingat, iidem Ordinarii in Domino monentur, ut ad Ecclesiasticam ubique servandam æqualitatem, de cætero perpetuis futuris temporibus ab indictione sub præcepto novorum Festorum studeant abstinere. » (3. Hinc promissiones et vota, quæ frequenter fieri solent ab Universitatibus servandi sub præcepto Festum alicujus Sancti, ac jejunandi in Vigilia, non obligant Populum, qui tamen potest sponte promissa servare, et nullus est poenis cogendus, ut illa die abstineat ab operibus servilibus; Barbosa in *Collect. decis. Apostolicar.* verb. *Festum in communi*, num. 8. ubi affert Decretum Sac. Congreg. Rit. in Brundisina Massagnæ 21 Augusti 1604. Monacel. par. 2. tit. 13. formul. 1. n. 15. ubi testatur se vidisse, plures supplices Libellos hac in re Sacræ Congreg. Rit. porrectos pro confirmatione hujusmodi promissionum, et Votorum fuisse rejectos, et præcise in Urbeveta 6 Oct. 1696. in Messau.

loci Milazzi 25. Januarii, et in Alessanen. Terræ Corsani 6 Septemb. 1698.

(4. Hic juvat afferre Decretum super electione Sanctorum in Patronos a Sacra Rit. Congregatione de Ordine S. D. N. Urbani VIII. emanatum die 23. Martii 1630. « Sacra Rituum Congregatio, annuente Sanctissimo D. N. in electione Patronorum mandavit infrascripta in posterum servari debere, declarans quod aliter facta electio nulla sit ipso jure.

« *Primo*, quod eligi possint in Patronos ita solum, qui ab Ecclesia universali titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatificatorum duntaxat.

« *Secundo*, quod de Patro Civitatis electio fieri debeat per secreta suffragia a populo, mediante consilio Generali illius Civitatis, vel Loci, non autem ab Officialibus solum, et quod accedere debeat consensus Episcopi, et Cleri illius Loci. Idemque servari debeat in Patro Regni, qui pariter eligi debeat per secreta suffragia a populo singularum Civitatum Provinciarum; et quod Representantibus Regnum Civitatem, vel Provinciam nulla competat facultas eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, et ulterius interveniat consensus Episcopi, et Cleri dictarum Civitatum.

« *Tertio*, quod causæ electionis novorum Patronorum debeant in Sacra Congregatione deduci, et ab ea examinari, ac demum causa cognita ab eadem Congregatione approbari et confirmari.

« Et ne præmissorum ignorantia ullo umquam tempore possit allegari, eadem Sacra Rituum Congregatio supradictum Decretum imprimi et publicari mandavit. »

(5. Hoc decretum licet irritet electiones postea factas, non irritat tamen electiones Patronorum jam antea celebratas, ut respondit Sacra Rit. Congr. in Trojanensi, Patronatus 15 Junii 1633. et in Pampilonensi Patronatus S. Francisci Xaverii, in qua fuit approbata electio facta in Comitibus Regni Navarræ. Quæ resolutio tamquam juridica fuit per Rotam, proponente Reverendissimo Decano, approbata, considerato solum quod ad evitandum præjudicium electionis antiquissimæ S. Firmini, debeat uterque tamquam Patronus coli, quod certo præsupponit validitatem electionis. Et in Neapolitana Patronatus ejusdem S. Francisci sub die 13 Septembris 1636. et in terminis electionis Patroni, qui ab Ecclesia universali titulo Sancti non celebratur, post dictum Decretum fuit observatum in admissione Beati pro tunc et nunc Sancti Jacobi de Marchia, cuius electio anno 1620, atque adeo ante Decretum editum, celebrata fuit, et deinde anno 1647 admissa, et solemnè repositione Statuæ in Thesaurum Neapolitanum comprobata. (6. Quoad electiones ex post factas et faciendas, est in viridi observantia, nam recurrentibus Universitatibus ad Sacram Cong. Rit. pro approbatione electionis in Patronum alicujus Sancti, si preces dictis requisitis sunt destitutæ, rescribi solet: *Doceant de servato decreto Urbani VIII.* »

FERRAR. III.

prout non semel se vidisse testatur Monac. par. 2. tit. 16. formul. 10. num. 11. vel *pro concessione servata, forma decreti Urbani VIII.* Aliis vero Universitatibus, quæ in electione requisita talis decreti observarunt, et locus non est celebris notæ, conceditur approbatio cum clausula: « Dummodo alium principalem Patronum, seu Protectorem non habeant, » et in una Mazzarien. 30. Martii 1697. pro Universitate Castri Veterani, et in alia Lyciensi 11 Julii 1687. pro universitate Terræ Monteroni. (7. Unde hic est advertendum quod in hujusmodi Patronum electione fieri non debent promissiones servandi diem Festum Patroni electi, tamquam de præcepto, etiamsi ab Ecclesia universali sub tali ritu non colatur, nam has promissiones, et vota Sacra Congregatio non admittit, nec approbat, sed rejicit, et tantum ex devotione servari posse concedit, ut respondit in Theatina 15 Martii 1694. pro Clero, et populo nonnullorum Oppidorum, et sæpe alibi, ut patet supra n. 3.

(8. Nullus Princeps Laicus, et nulla Potestas sæcularis potest instituere, vel indicare, dies Festos, seu præcipere observationem alicujus diei Festi. Sic expresse declaravit Innocentius X. 6. Octobris 1653. per suas litteras in forma Brevis, ut sequitur:

INNOCENTIUS PAPA X, ETC.

Cum nuper ad notitiam nostram non sine gravi animi nostri molestia pervenerit, quod dilecti Filii Senatus Mediolani per litteras circulares datas die 20. Junii proxime præteriti, et dilectus Filius nobilis vir moderatus Gubernator Status Mediolani, per Edictum publicum publicatum die 30. ejusdem mensis Junii mandaverint observari diem Festum S. Dominici die 4. mensis Augusti cujuslibet anni in toto illo Statu, præcipientes, ut Populi, et subditi illius status abstineant ab operibus servilibus, et artifices tabernas, et apothecas clausas teneant, prout servatur ceteris diebus Festis ex præcepto, et ulterius in Edicto prædicto exprimatursi festivitatem esse celebrandam cum omni devotione ac pietate Christiana: nos, quibus universalis Ecclesie regimen a Domino commissum est, considerantes quam perniciosum auctoritati Ecclesiasticæ id esse possit, cum Principes Laici, quos in rebus Ecclesie obsequendi potius tenet necessitas, quam auctoritas imperandi, non habeant facultatem imperandi dies Festos in honorem Sanctorum; de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris ritibus Præpositorum, quibus hoc negotium discutiendum commissimus, consilio prædictas litteras, et Edictum emanatum auctoritate Laicali super observatione prædictæ Festivitatis S. Dominici, fuisse, et esse omnino nulla, nulliusque roboris et momenti, nec aliquo modo servanda Apostolica Auctoritate tenore presentium declaramus. Sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, et quos-

vis alios quacumque auctoritate fungentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. In contrarium facientibus, etc. Non obstantibus quibuscumque.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majoris sub annulo Piscatoris die 6. Octobris 1653. Pontificatus nostri anno decimo.

(9. Festum novum non potest cogi populus servare, nisi sit indictum ab Ecclesia, et si novum institui petitur, supplicet populus, Sac. Cong. Rit. in Pacen. 20. Aprilis 1602. (10. Festa nova de præcepto servanda non possunt institui invito populo. Sac. Congr. Rit. in Brundusina 2. Martii 1602. et in Hispanen. 21. Augusti 1604. (11. Festa Sanctorum, quæ de præcepto non servantur, si populus sponte voluerit observare, non est prohibendus, sed nullus est sub pœna cogendus, ut illa die ab operibus absteat; Sac. Congr. Rit. in Brundusina Massagnæ 21. Augusti 1604.

(12. Festa de præcepto sunt inviolabiliter ab omnibus observanda, et sanctificanda; Exod. 34. ibi: *Sex diebus operaberis, et die septimo cessabis arare et metere; c. Licet, de Feriis, c. Unic. de Reliquiis et venerat.* in 6. Concil. Trid. sess. 25. cap. 12. *de Regular. et ead. sess. de Reform. in fine de Dlectu ciborum, jejuniis et diebus Festis.* S. Pius V. Const. incip. *Cum primum.* Urbanus VIII. Const. incip. *Universa.* (13. Festa sanctificare est in illa die non laborare, sed Hymnis et Canticis vacare. Concil. Colonien. 2. part. 9. cap. 9. (14. Neque a Festorum observantia excusat prætextus contrariæ consuetudinis, quia consuetudo inveterata quanto diuturnior tanto periculosior; cap. *Schisma* 24. qu. 1. et cap. *Cum tanto* 11. *de Consuetudine*, ibi: « Cum tanto sint graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam, » et ideo Mercatores Barchinonenses, qui sub clypeo assertæ consuetudinis prætendebant retinere apertas Apothecas diebus Festis, et in illis vendere merces, et necessitatem (ratione loci) vendendi, per testes, et legitimam consuetudinem auctoritate DD. reddere conabantur, fuerunt Sac. Congregatione Concilii (in qua causam proponere curarunt) sub die 14. Maii 1679. rejecti, et rescriptum non licere: et cum non acquiescerent, reposita eorum instantia 21. Mart. 1692. iterum repulsi fuere, et injunctum ut amplius non audirentur, l. 33. decret. fol. 87. (15. Propter necessitatem tamen et causam pietatis, et circa res, quæ facile pereunt, potest in diebus Festis laborari, c. *Licet, de Feriis.* Concil. Toletan. 22. cap. 7. ut pluries decrevit Sac. Cong. Rit. et signanter in Ravenn. 9. Novem. 1600. in Ulyssiponen. 30. Martii 1621. et Sac. Cong. Conc. teste Quaranta in summa Bullar. verb. *Dies Festus et Piasec.* in *Prazi Episc.*

part. 2. c. 3. n. 23. et sic etiam S. Pius V. Constit. incip. *Cum primum.*

(16. Ut autem sciatur quæ diebus Festis fieri liceant, vel non, dantur hic novissimæ dispositiones emanatæ sub Clemente XI. et Bened. XIII.

EPISTOLA ENCYCLICA

(17. *Jussu Clemen. Pp. XI. ad Archiepiscopos, et Episcopos Romandiolæ, ac Provinciæ Urbinatis, necnon ad D. Cardinalem Abbatem Commendatarium Abbatie Nonantulanæ jussu Summi Pontificis conscripta, quæ Festorum dierum sanctificatio, ac irrepentium abusuum extirpatio illis impense commendatur.*

Essendo che la Santità di Nostro Signore sempre più coltivi nel suo cuore la sollecitudine, che nelli giorni Festivi dedicati specialmente al culto di Dio, si esercitino li Fedeli nell'assistenza a' Divini Offizj ed opere di pietà, e siccome in essi è ingiunto dalle sacre pagine l'astinenza dall'opere servili, così maggiormente devesi ciascuno astenere dall'esercizio, ed applicazione ad atti vani ed inonesti. Onde nella Lettera circolare spedita nell'anno 1701. primo del suo Pontificato giudicò essere delle prime cure del suo Apostolico Ministero ricordare agli Ordinarij il procurare l'Osservanza delle Feste con ingiungere, che si celebrino con modestia e divozione, e senza spettacoli, e profanità vietate dalli sacri Canonici; Ora essendo giunto alle sue orecchie, che per avere più concorso di Popolo, che nei giorni festivi si suole radunare nelle Città, e Luoghi, si praticino nei detti giorni Spettacoli d'Istrioni, Ciarlatani, maschere, e simili voluttuosi e vani trattenimenti; Per tanto la Santità Sua m' ha imposto, che io ecciti seriamente il zelo pastorale di V. S. come con questa eseguisco, a porgere rimedj a simili abusi, quando vi siano, e che ogninamente con la sua autorità ordinaria, e con le pene dovute proibisca, che nelli giorni festivi non si facciano maschere nè spettacoli, e radunazione d'Istrioni, Ciarlatani, Saltimbanchi, e simili, anche con pretesto di solamente vendere e distribuire medicamenti; e dove per l'uso tollerato si facciano in giorni di festa, nè si possa altrimenti, e con prudenza, e soavità ovviare, almeno proibisca, che le cose espresse non seguano la mattina, ma dopo li Divini Offizj, e Vespero, e che detti Istrioni, Ciarlatani, e Saltimbanchi non usino parole, e gesti osceni, o distribuiscano simili canzoni, nè che segua avanti, o vicino le Chiese, e Monasterj di Monache, o Conservatorj di Zittelle. Non dubito che V. S. con tutta prontezza si conformerà al Zelo di S. B. invigilando con tutta attenzione a quanto se le ingiunge ec.

Roma 11. Gennaio 1719.

G. D. card. PARACCIANI prefetto

E. Arciv. di Damasco Segretario.

EPISTOLA ENCYCLICA

Jussu ejusd. Summi Pontificis ad universos ditionis Ecclesiasticæ Archiepiscopos et Episcopos conscripta, qua Monita alias data quoad Festorum dierum sanctificationem, et vectorum abusuum extirpationem instaurantur, eorumque executio ipsis enixe commendatur.

La Santità di Nostro Signore eccitata dal debito del suo Apostolico Ministero sino da' primi mesi del suo Pontificato per fare a tutti palese quanto avesse a cuore la puntuale Osservanza, e santificazione delle Feste, con lettera spedita da questa Sacra Congregazione in data delli 30. Luglio 1701. fe' strettamente inculcare a' Vescovi di dovere con tutta la maggior attenzione procurare, che li giorni delle medesime Feste da' Fedeli commessi alla loro cura veramente si santificassero, con impiegarli nel culto di Dio, nell'assistenza a' Divini Offizj, nell'ascoltar la Divina parola, e opere di pietà, dovendosi per tal cagione astenersi dall'opere servili, e molto più da' divertimenti vani, e scandalosi. L'istesso ricordo per ordine della Santità Sua fu rinnovato a' detti Vescovi con altra lettera della medesima Sacra Congregazione in data delli 16. Marzo 1703. § Secondo vuole ec. Susseguentemente avendo Sua Beatitudine considerato, che nel tempo del Carnevale si moltiplicano le occasioni de' mentovati divertimenti troppo ripugnanti alla Santità delle feste, con altra lettera similmente circolare delli 11. Gennaio 1716. fe' insinuare a' medesimi Vescovi di proibire ne' suddetti giorni di Festa assolutamente, se fosse possibile, le Maschere di qualsivoglia sorta, come anco li spettacoli, radunanze d'Istrioni, Ciarlatani, e Saltimbanchi, ancorchè questi si valessero del pretesto di voler solo dare qualche divertimento al Popolo, per più facilmente vendere, e distribuire i loro medicamenti. Quando poi per la lunga tolleranza avutasi di simili abusi, eziandio ne' giorni Festivi, non si fosse giudicato opportuno di farne per detti giorni un' assoluta e generale proibizione, come la Santità Sua avrebbe desiderato, dovessero almeno ogninamente e strettamente ordinare, che in quei giorni tanto le Maschere, quanto le altre accennate azioni, non si facessero mai la mattina, solo potessero tollerarsi dopo pranzo, cioè dopo finiti li Vespri, e altri Offizj Divini, come parimente dovessero invigilare, che in qualsivoglia tempo da' suddetti Istrioni, Ciarlatani, e Saltimbanchi si osservasse la dovuta modestia, nè si usassero parole, atti, e gesti osceni, anzi nè pure si distribuissero Canzoni simili; nè mai le accennate o altre somiglianti azioni si permettessero in tali vicinanze delle Chiese, o Monasterj di Monache, o Conservatorj di Zittelle, che, o dall' une, o dall' altre potessero udirsi li suoni, o altri strepiti carnevaleschi.

Non ostante però gli accennati Ordini dati replicatamente, come si è detto, essendo pervenuto a notizia di Nostro Signore, che li

medesimi in alcuni luoghi dello Stato Ecclesiastico siano poco osservati, nè dubitando la Santità Sua, che da tale inosservanza siano provenuti, e provengano quei flagelli, co' quali il Signore Iddio ci ha percossi, e ci percuote, anzi giustamente temendo, che dall' istesso fonte possano derivarne altri più gravi, che ci minaccia, come lo stesso Dio se ne dichiarò in Ezechiele: *Sabbata mea violaverunt vehementer: dixi ergo ut effunderem furorem meum super eos, et consumerem eos*, mi ha perciò strettamente comandato la Santità Sua, che io ecciti di nuovo l'attenzione, e zelo di V. S. come faccio, a invigilare dal canto suo, che puntualmente, e intieramente venga osservato tutto ciò che si contiene nella suddetta lettera circolare, e che inoltre le notifichi, come parimente faccio, esser sua mente, che in niuna maniera, e in niun tempo sia permesso alli Ciarlatani, Saltimbanchi, e Istrioni di far recite, commedie, o Rappresentazioni, nelle quali operino, recitino, cantino, o compariscano Donne, ancorchè mascherate; Scrivendosi perciò dalla Segreteria di Stato alli Signori Legati, e dalla Sagra Consulta alli Governatori dello stato Ecclesiastico, che debbono ogninamente tutto ciò proibire sotto gravi pene. Non dubito, che ella sia per conformarsi pienamente, ed esattamente alle rette e sante determinazioni del Sommo Pontefice, come ben richiede quell'efficacia, con cui per ordine della Santità sua gliene s'ingiunge l'esecuzione. E auguro a V. S. dal Signor Iddio ogni maggiore felicità.

Roma 4. Gennaio 1721.

G. D. card. PARACCIANI prefetto.

V. Arciv. di Damasco Segretario.

(18. Sub Benedicto vero XIII promulgatum fuit sequens edictum.

EDITTO, PER L'OSSERVANZA DELLE FESTE.

Prospero del titolo di San Callisto della S. R. C. Prete Card. Marsoschi, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale, ecc.

I. Avendo la Santità di Nostro Signore opportunamente provisto sino dal principio del suo Pontificato, che le Funzioni Ecclesiastiche si facciano con quella divozione, e decoro che si conviene, e col suo Pastoral zelo, che appartiene anche principalmente al culto divino la Santificazione delle Feste, per il rispetto dovuto alla Maestà Divina che le ha istituite, e riservate alla sua venerazione, e che i peccati particolarmente pubblici dei Profanatori, e Trasgressori di esse sogliono maggiormente provocare li castighi di Dio, siccome l'attestano le Divine Scritture, e lo dimostrano gli avvenimenti seguiti in diversi tempi: Onde per togliere alcuni abusi, e corruttele insorte nell' osservanza delle medesime in quest' alma Città, inerendo Sua Beatitudine alla disposizione de' Sacri Canonici, ai Decreti del